

ne veri elaborarunt, quidque his profecerint. Supponunt haecce praeeliminarem quandam cognitionem successorum philosophicarum, sine qua reliqua haud possunt iusto ordine locari. Unde prima hinc resultat tractatio: *quomodo sectæ scholæque se invicem excepérint*, tum etiam, quomodo singuli earum philosophi se invicem sint in sequenti: ubi simul commoda est occasio de præcipuis, quæ vitam eorum naturalem circumstant, agendi. Sequentur hinc & sectarum & philosophorum doctrinæ quæ pars, uti pene caput rei est; ita dolendum hic quam maxime peccari. Plutimi enim parum solliciti de justo & sibi convenienti philosophi cuiusdam systemate quidlibet ex quilibet vel male informato, vel etiam pravis affectibus occato scriptore philosophis ea tribuunt, quæ sine absurdissima cerebri constitutione boni viri concepisse ne praesumi quidem queunt. Idem quoque accedit dum unius philosophi sententia universæ, ad quam pertinet, sectæ, vel etiam universæ sectæ dogma alicui ex parte saltem sectario sine omni dubio asseritur, quod quam inconveniens sit veritati historicæ, philosophiæ jonicæ ac stoicæ, imo & platonicæ exemplis plurimis posset declarari, nisi aliud nunc ageremus. Præter vitam itaque ac doctrinas videnda veniunt cum sectarum *instituta practica*, tum in primis vitae, quas egerunt philosophi; non * equidem ut concertes de Pythagoræ patre, de Homeri patria, de Plato-

1.

2.

3. 4.

A 3 nis

* *Huc enim pertinent, quæ apprime placent Senecæ verba, extantia de brev. vit. c. XIII. p. 313. De illis nemō dubitat, quin operose nihil agant, qui in litterarum inutilium studiis detinentur: quæ jam apud Romanos quoque magna manus est. Græcorum iste moribus fuit querere, quem numerum remigum Ulysses habuisset: prior scripta esset *Ilias* an *Odyssæa*: præterea an ejusdem esset auctoris, alia deinceps hujus notæ, quæ sive contineas nihil tacitam conscientiam juvant; sive proferas, non doctior videberis sed molestior.*